



Phæn. XIII. hydria nostra exteriori, postquam non ipsum quidem fundi orbiculum sustentantis foramen E F, sed epistomium inferius M fuisset occlusum. Cùm verò aliâ vice per apertum hoc epistomium passi essemus effluere aquam eò usque, ut fundus superior C D & orbiculus ipsi hætenus incumbens essent ferè in sicco, tum verò clauso mox epistomio vasculum totum susque deque verteremus, ut orbiculus pondere suo excideret; hæsit is nihilominus & concusso etiam fortiter vasculo Phæn. XIV. constanter hæsit. Id verò cùm non tam aquæ visciditati cuipiam